



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

L  
72  
9




L72.9



**Harvard College Library**  
FROM THE  
**CONSTANTIUS FUND**

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics), or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books."





O  
DE  
**XII PANEGYRICIS LATINIS**  
PROPÆDEUMATA  
  
**DISSERTATIO**  
**I N A V G V R A L I S P H I L O L O G I C A**  
QVAM  
CONSENSV ET AVCTORITATE  
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS  
IN  
**LITTERARVM VNIVERSITATE GRYPHISWALDENSI**  
VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS  
AD

**S V M M O S I N P H I L O S O P H I A H O N O R E S**

RITE CAPESSENDOS

DIE XXX MENSIS OCTOBRIS A. CICCIICCLXVIII

HORA XI.

PVBLINE DEFENDET AVCTOR

**H v g o R v e h l**


TANGLIENSIS

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT

R. WENZEL CAND. PHIL.  
E. ROSENBERG STUD. PHIL.  
G. SCHOEMANN STUD. PHIL.

~~~~~  
**GRYPHISWALDIAE CICCIICCLXVIII**

L 72.9



*Constitutione scindit*

IMPRESSUM TANGLIM TYPIS DIETZIANIS.

**De**  
**XII panegyricis latinis**  
**propaedeumata.**

184

ANALYSIS OF DOCUMENTS  
BY COMPUTER PROCESSING

## I.

### De codicibus panegyricorum.

Reipublicae romanae postquam ad maturitatem peruenit aetas uix illa est quae historiae luce magis indigeat quam imperatorum eorum qui a militibus imperium acceperant neglectis enim litterarum artiumque studiis in bellis tantum et armis uersati cum eos, qui litteris operam nauabant, timerent ideoque uxarent magis atque contemnerent quam favore suo et honore subleuarent, mox defecerunt qui libere atque impauide suae aetatis uitia virtutusque narrando iustum seribere historiam auderent. itaque bona fortuna factum est ut testes illorum temporum quamuis leues tamen aliqui ad nos usque peruenirent panegyrici ueteres, qui res ab imperatoribus gestas a Diocletiano usque ad Theodosium ex parte etiam minimas tradiderunt. minus autem bene fortuna in eis nobis consuluit, quod maxumopere per tot saeculorum decursum haec litterarum monumenta sunt depravata. inneniantur enim in codicibus non paucis quidem sed quinto decimo denum saeculo scriptis, quamquam Christianus Theophilus Schwarzius quo utebatur ante hos centum annos codicem quadringentorum circiter annorum fuisse contendit.<sup>1)</sup> at Schwarzius errasse et ne istum quidem codicem ante quintum decimum saeculum scriptum esse. ex tota hac quama instituimus de codicibus quaestione adparebit. ubi autem locorum nunc seruentur ei de quibus agemus libri manuscripti plerique, compertum non habeo, nisi quod unum extare in bibliotheca Harleiana numero 2480 Valpy tradit, alterum inter libros Vindobonenses numero signatum 238 Bernhardy<sup>3)</sup> ostendit, tertium se ipsum ex bibliotheca Carolirubensi nactum esse Eyssenhardt dicit.<sup>4)</sup>

1) in obseru. philol. ad Mam. pan. editis Altorfi Noricorum CIMDCCXXXIX p. 4.

2) in edit. londin. a. CIMDCCCXXXVIII curata p. 2590.

3) in Hist. litt. rom. p. 789 (edit. IV.)

4) in lectionibus paneg., quas edidit in progr. gymn. Frid. Werd. Berol. a. CIMDCCCLXVII.

atque primus ille codex Harleianus nondum conlatus uideatur. quod autem in editione Valpiana eum legimus esse 'chartaceum lucide scriptum saec. XI' id ne minimam quidem habet probabilitatem, quia eidem eum familiae cui ceteros adtribuendum esse ex ordine quo orationes inter se sunt dispositae satis certo efficitur. in editionibus enim a Liuinei temporibus impressis distributae inter se orationes sunt secundum ordinem temporum, ut Plini panegyricum duae illae sequantur orationes, quae ad Maximianum et Diocletianum habitae Mamertino maiori uolgo adscribuntur. contra in manuscriptis libris omnibus, quantum equidem perspicere potui, Plini panegyricum secuntur 'Latini Pacati Drepani panegyricus Theodosio Augusto dictus Claudi Mamertini pro consulatu suo gratiarum actio Juliano Augusto Nazari panegyriens Constantino Augusto dictus' deinde minores ad Maximianum Dioceletianumque et qui eis succedebant habiti, quem eundem ordinem etiam in Harleiano codice obseruatum esse traditur. idem cadit in Vindobonensem librum qui secundum Endlicheri catalogum 'anno 1468 in membrana Florentiae scriptus litteris initialibus pictis et auro ornatis' in foliis 191 praeter 'Plini de uiris illustribus librum Plini epistulas Joannis Mansionari uitas duorum Pliniorum' etiam panegyricos et Plini et ceterorum eosdem quos continet Schwarzianus codex eadem ratione ordinatos complectitur. de tertio codice, cuius lectiones Eyssenhardt ad exemplar editionis Jaegerianae accurate collatas mihi ita commodavit, ut liberalitatis eius gratias mihi agendae sint quam maximae, infra ubi de singulis codicibus disseram quae mihi videantur fuisus explanabo. reliuorum autem libroram notitia mihi repetenda erat ab editionibus ea aetate impressis, qua ars codicum in ordines certos generaque describendorum prorsus ignorabatur. "qua in re valde doleo nulla fere mihi praestet fuisse exemplaria nisi ex prioribus editionibus descripta. multa enim quae in his quaestionibus magnopere me adiuuissent nec in gryphiswaldensi bibliotheca nec in berolinensi usui meo patebant."<sup>5)</sup> itaque Pataroli tantum codices quattuor et

5) usus sum praeter valpianam illam editionem libris impressis his: 1. XII panegyrici veteres: ad antiquam qua editionem qua scripturam, infinitis locis emendati, aucti; nuper quidem ope Joh Liuineii: nunc vero opera Jani Gruteri: praster quorum notas accedunt etiam conjecturae Valentis Acidalii et Conradi Rittershusii. Francofurti 1607. 12. 2. duodecim panegyrici veteres ex saeculo a Diocletiano ad Theodosium superstites, recensiti et adnotationibus illustrati a Christophoro Cellario. Halis Magdeburgicis. 1703. 8. 3. panegyrici veteres: interpretatione et notis in usum Delphini illustravit J. ac. de la Baune. Venet. 1728. 4. 4. observations philologicae ad Claudium Mamertinum, quas una cum textu imprimendas curavit Christianus Got-

Schwarzianum Moerlianumue ex ipsorum qui excusserunt id est Pataroli Schwarzi Jaegeri editionibus cognoscere potui. reliuorum autem omnium codicum ueterum Liuinei Cuspini-ani Puteani Pulmanni Fabri Pithoei Bongarsi Bertiniensis Guelferbytani excerptorum Vossi ad omnes orationes codicis Chassenaei ad octauom Schefferi ad duodecimum panegyri- cum conlatorum notitiam ex Arntzeni et Valpi editionibus configere coactus eram.

1. Codex Guelferbytanus. Codex longe deterimus est Guelferbytanus, qui chartaceus in Schwarzi praefatione ad Plini panegyricum dicitur, quem idem Gudianum secundum uocat. cuius lectiones adferunt et Schwarzius ex exemplari Gruteriano in quod transcriptae erant, et Jaegerus ex exemplaribus duobus Gruteriano eodem et Cellariano, in quod Cortius eas transtulerat.<sup>6)</sup> huic codici prae ceteris plurimae insunt lacunae. nam praeterquam quod oratio nona<sup>7)</sup> prorsus abest duodetriginta sententiae singulorum uel binorum uersuom et plus centiens singula verba omissa sunt. quod autem unus deest panegyricus, quamquam ad codicem ipsum aestimandum nihil refert, tamen eo tantum comprobatur ex Guelferbytano reliuorum codicem qui orationes omnes contineant, descriptum esse nullum. quod idem etiam ex aliis lacupis adparet. velut Mam. pan. III. 6, 2 Guelferbytanus tradit haec *nunc enim vere homines intelligunt ac cum religione coniunctum est quanta aquabilitate utuntur quam vos orbe romano. ceteri libri haec nunc enim vere homines intelligunt ac 8) potestas deorum, cum tam impense colantur a vobis. deinde id quod maxime deorum immortalium cum religione coniunctum est, quanta vosmet invicem pietate colitis? quae nimium quae videre saecula tales qu summa potestate concordiam? qui germani geminive fratres indiviso patrimonio tam aquabiliter utuntur quam*

---

libius Schwarzius. Altiorfi 1739 - 1748. 4. 5. panegyricas orationes veterum oratorum. notis ac nummis illustravit et Halicam interpretationem adjectit Laurentius Patarol Venetus, quan editionera iterum carauit in Pataroli operibus Nicolaus Pezzana Veneti 1743. 4. 6. panegyrici ueteres, quos ex codice Ms. libris collatis resensuit Wolfgangus Jaegerus. Norimbergae 1778. 8. 7. panegyrici ueteres cum notis et animaduersionibus uirorum eruditorum maximam partem integris, quibusdam selectis. suas addidit Heinrichus Joannes Aratenius Traiecti ad Rhenum 1790 - 1791 2 tom. 4.

6) cfr. Jaegeri in praeft. edit. de hoc libro quem octauom numerauit.

7) hanc orationem in hoc codice esse omissam testis est Jaeger in praeftationis eadem parte cum dicit: 'desunt tamen in Gud. II multa, in iisque pan VIII, quibus neque Put. neque Moerl. caret.'

8) hoc loco in paucis libris est asteriscus positus ad indicandum uerborum hiatum.

*vos orbe romano?* in quae verba duo inrepserunt menda homines intelligunt ac potestat deorum et quae nimimum quae, quae emendando hic studebimus tollere. priore enim loco deest aperte et res uerbo intelligunt obiecta et id quod potestut deorum adtribuitur: quid autem aliud potius homines praedicare possunt de potestate deorum, qui a tantis viris coluntur, nisi eius magnitudinem? itaque probo Eldiki conjecturam *quanta potestus deorum*, nisi quod ego post *quantum addam sit*. fortasse etiam maior est lacuna, ut Buechelero videtur, qui uerba restituenda censem in hunc modum [*quanta sit magnificentia*] ac *potestus deorum*. altero autem loco cum codices habeant *quae nimium quae uidere* praeter Schwarzianum in quo est *que ulla unquam uidere*, optime Livineius perspexisse nihil uidetur hac sententia antecedentibus causam adici, sed in uerbis cum edidit *quae enimvero quae uidere* cirrasse eum iudico. ad rectam autem ducimur viam codicis Schwarziani noce *unquam*, quae perficitur emendatio sic *quae enim unquam uidere*. Wopkensius autem *quae adfert* in notis ad Latini Pacati panegyricum XII 33, 5 exempla ad defendendam lectionem codicis Schwarziani *quae ulla unquam quamquam probabantur Arntzenio*, tamen comparari minime oportuit.

In ceteris huius codicis lacunis hoc mihi magni momenti esse uidetur, quod omnium fere uidemus longitudinem esse eandem, ut uersus semper quotienscumque aliquid desideramus singulos totos praetermississe librarius oculorum errore putandus sit. itaque non integras sententias sed certum uerborum numerum excidisse uidemus ut II 11, 6 *sic omnibus pulcherrimis rebus etiam quae aliorum ductu geruntur Diocletianus facit* II 14, 3 *tuae confert, natalem tuum diem celebrando in ea, consuetudine magnificentiae libri debitac.* VI 13, 5 *duabus aetatis pariterque utilit virtute tuenis et maturitate senioris VII 2, 5 hoc habes Constantine praecipuum quod imperator est tantaque est nobilitas originis tuee.*)

Quod autem etiam singula uerba in Guelferbytano per saepe omissa esse memorau, id in primis cadit in praepositiones *ad in in* particulas *et que in* pronomina *is ille iste et similia*. accedunt innumerabilia fere uerba falso scripta ut III 6, 7 *finitur pro fruictur* III 11, 3 *obstupuerat pro obstupefecerat* III 16, 1 *latenter pro lacrent* III 18, 4 *homi laude pro*

) haec uerba quod rectum non praebere sensum iam antiquiores intellexerunt editores, scribabant *quod imperator natus es aut ortus es*. sed equidem opinor uoces *tantaque est ex participio aliquo ortas esse et scripta fuisse* haec fere *quod imperator factus es nobilitate originis tuee*.

*communi laude.* multo autem maior adparet perturbatio in nominibus propriis uelut quae una cum Erulis commemoratur gens modo *Caibones* modo *Chabonas* 10) scribitur, Eruli autem III 7, 2 *Herculi* facti sunt, fluuiisque Germaniae cui Albis nomen est III 16, 4 *Alba* uocatur et pro Vandalis *Blandalis* (III 17, 2) Tertungi bella inferunt, ut alia menda taceamus.

2. Excerpta Vossi. Ex illo codice oriunda uidetur magna pars excerptorum Vossi, quae ex bibliotheca Leydensi descripta tradit Arntzenius, sed ut ipse non ex eodem codice deprompta duceret tametsi in praefatione ad Plini panegyricum horum consensum Vossianorum cum Guelferbytano illo pater suus agnouisset 11), primi enim haec excerpta ex oratione illa, quam in Guelferbytano codice deceas diximus unam tantum uariam lectionem adserunt camque non ex codice depromptam sed Vossi ortam conjectura 12) deinde saepissime cum Guelferbytani lectionibus consentiunt et una cum illo appellantur multisque locis pariter atque ille hiant, sic eadem lacuna quam e Guelferbytano evanescimus ad pan. III 6, 2 ex his excerptis resertur, nisi quod post intelligunt ac etiam reliqua uerba usque ad interpunctionem sequentem cum religique conjunctum est in eis desiderantur, etiam pan. II 11, 6 II 14 3. VII 2, 5 quae uerba in Guelferbytano omissa uidimus item, in excerptis desunt, præterea II 2, 3 *immortalibus* II, 7, 4 *Pheni* atque II 9, 4 sorte et alia permulta quae cum ita sint, licet nonnulla in Vossi excerptis emendata sint, conligere nos oportet, non quod Arntzen demonstrare conatur ex pluribus ea codicibus deprompta esse neque sanc tum fieri poterat, ut totus panegyricus IX neglegretur. — sed ex uno Guelferbytano parum adequare excerpta atque conjecturis mutata.

3. Codex Schwarzianus siue Moerlianussiue Durlacensis. Proxime autem, quantum ego perspicere poteram, ad Guelferbytanum accedit ille codex, quem Christianus Theophilus Schwarz saeculo tertio decimo scriptum esse ratus et pedissequi Schwarzi Wolfgangus Jaegerus et Joannes Arntzenius pro optumo habuerunt. de eo Schwar-

10) in scribendo huius gentis quae, compluribus locis commemoratur nomine omnes fere inter se manuscripti discrepant modo *Caybones* modo *Caytones* modo *Cariones* modo *Chabones* præbentes mihi uera uidetur Cluveri conjectura eosdem hos fuisse quos Tacitus Germ. a. 40 vocauerit *Aviones* existimans.

11) cfr. Arntz, praef. pag. III.

12) cfr. Arntz, ad pan. IX 15, 5.

zius haec narrat: 13) 'possidemus eximum codicem manuscriptum quadringentorum circiter annorum, satis nitide quamuis a rudi librario scriptum, quem quidam possessor ἀνώρυπος se pérlegisse 'die VI. July 1454' in ligatura multo quidem recentiore manu quam quaē in ipso codice comparet adnotavit' fn hoc codice praeter Plinii aliorumque veteres panegyricos quarto loco occurrit MAMERTINI CONSVLIS GRATIARVM ACTIO DE SVO CONSVLATV DICTA DIVO JVLIANO SEMPER AVGVSTO . . . undecimo loco exstat, prout ibi inscribitur GENTHILIA CI RHETORIS OPTIMI PANEGYRICVS DICTVS DIVO MAXIMIANO AVGVSTO . . . sequitur duodecimo loco alius panegyricus cūm hæc inscriptione PANEGYRICVS MAXIM. ET DIOCLETIANO FINIT. INCIPIT EORVNDEM GENETHLIA CVS.' quibus adicimus traditum a Jaegero praeter panegyricum Plini ceterosque veteres pahegyricos latinos in eo etiam oratiunculam Meti Voconi Tacito Angusto dictam inveniri. iam vero cum Eyssenhardt se olim in bibliotheca Carolruhensis codice qui inter Durlacenses fuit tricesimis sextus repperisse testetur idem illud 'die VI July 1454' — cetera ita evanuisse, ut nihil amplius dispici potuerit — et cūm ex eiusdem viri conlatione perspiciatur Durlacensem illam codicem primo loco Plini continere panegyricum altero Meti Voconi tum undecimo orationem quae inscripta sit GENTHILIA CI RHETORIS OPTIMI PANAGIRICVS DICTVS DIVO MAX. AVGVS denique duodecimo sic inscriptam PANAGIRICVS SEXTVS DICTVS 14) MAX & DIOCLETIANO FINIT. INCIPIT EORVNDEM GENETHLIA, dubitari non poterit, quin hic ipse ille Schwarzi liber sit. cuius post mortem pervenisse codicem in possessionem Jo. Sigismundi Moerli, antistitis ministerii norimbergensis Jaeger in præfatione tradit. Moerli libri cum publica auctione venirent incertum dominum nactus tandem ad Durlacenses peruenit. huius autem codicis exemplo perspiciet, quanta cum negligentia priores in libris conferendis uerasti sint: nam etsi ad panegyricos II et III diligenter Schwarzius menda adnotauit, in reliquis orationibus pluruma omissa sunt sī iudicandum librum utilia. ita in pan. VI 3, 2 uerba a dicenda sunt usque ad in quem se prima (§ 3) deesse nescirem, nisi Eyssenhardti conlatione comperissem. porro praetermisserant lacunas verborum pan. XI 21, 5 uno

13) in obseru. ad Mam. pan. pag. 4.


14) SEXTVS DICTVS] uerba non leguntur in Schwarzi ad panegyricum adnotatione, leguntur in altera eius dissertatione 'de genethlaco Mamertini' pag. 4.

*in anno ter videat honoratum. equis deus XII 5, 1 novam quandam patior ex copia difficultatem XII 47, 5 Theodosium vidi et utrumque simul vidi. nos igitur Eyssenhardtii uteatur testimonii.*

Atque primum quidem si lacunas quas modo indicavimus atque alias inspicimus maxime diuersas eas esse patet a Guelferbytano. nam in illo complura uerba singulorum fere uersuom ambitum aequantia deesse solent, in hoc aut integræ sententiae non prorsus necessariae sed ad exornandam orationem adpositae aut tales enuntiatorum partes quales aut eisdem uerbis incipiunt atque insequentia aut in eadem uerba exeant atque antecedentia. ita II 13, 4 omissis his *quanto magis hunc natalem suum diem coleret* sententia enuntiati uniuersi uix mutatur. praeterea quis haec legens pan. IV 17, 3 *quamvis enim ante ingressum pueritiae meae intermissa fuerit eorum exercendi studii frequentatio, tamen illic avum quondam meum docuisse audio, hominem Athenis ortum Romae diu celebrem mox in ista urbe perspectum et probatum desideret ea uerba quae ceteri codices adiciunt hominum amore, doctrinae atque huius ipsius operis ueneratione detinent, quae uel languidi aliquid habere uideantur?* quis porro pan. V 1, 4 his *aut post indullem a pietate uestra quietem studium ruris abduxerit* carere nos posse omnino neget? scribam autem etiam aliquae praetermississe oculis ab alio, ad aliud uerbum aberrantibus testantur exempla ea, quae supra cum de superiorum in codicibus conferendis negligentia dicerem ex pan. XI 21, 7. XII 5, 1. XII 47, 5 adtuli

Praeter haec uitia aliud in Schwarziano codice commemorandum est genus mendorum eorum quae interpolatori debeat, de quibus paullo adcuratius disserere mihi liceat. II 5, 3 alii codices quos maioris preti esse postea cognoscemus, exhibit *ipse hosti undique et qua resisteret et qua cederet et qua fugeret oceanum occurres*, Schwarzianus *oceanum* omittit non casu opinor aut *occurres* litterarum deceptus similitudine sed consilio quia *oceanum* nullo modo intellegere poterat, quod uocabulum omnino sensui non conuenit quamquam ab Arntzenio studiose defensum, sed emendari mihi uidetur locus si pro *oceanum* scribitur *occasum*. ceterum uetustiorem ita grassatum esse interpolatorem ex eo adparet quod consentiunt cum Schwarziano Liuinei et Puteani codices. alibi interpolationi Schwarzianus addit interpolationem. nam II 5,2 in Bertiniensi legitur *tum enim divinae providentiae imperator consilio prius quam ut bellum gerendum ratus ceteros quidem perduelles quibus ipsa multitudo*

L 72.9



*Constitutione generali*

IMPRESSUM TANGLIM TYPIS DIETZIANIS.

**De**  
**XII panegyricis latinis**  
**propaedeumata.**

ret. quod multae ei cum reliquis codicibus communes sunt lacunae, inde eiusdem cum familiae esse consequitur; quod autem alii hiatus maiores in eo deprehenduntur nulli, aliquanto diligentius scriptum esse statuo quam quos huc usque tractauimus.

Vaticani autem a Schwarzio l. c. quattuor commemo-  
rantur membranacei numeris 3461, 1775, 1776 et ex reginae  
Alexandrae id est Christinae reginae Sueciae codicibus Va-  
ticanus numero 1475 signatus. ex quibus multo antiquorem  
ceteris et integriorem n. 3461 mire conspirare in plurimis  
cum codice Guelferbytano ubi de hoc libro agit Schwarz  
rettulit, quod idem ego intellexi cum Plini panegyricum per-  
tractans illius menda in hoc quoque extare, contra huius  
permulta abesse ab illo uidisse. ita Plin. pan. 4, 5 *hic in*  
*publico* 9, 1 *solum* 11, 2 *non in honorem tuum* 11, 3 *et fa-*  
*cis et in utroque omissa sunt.* in Guelferbytano autem de-  
sunt 3, 4 *cum de continentia libidinem* quae et in Vaticano  
et in reliquis omnibus comparent atque 13, 3 post *inire ten-*  
*toria* omnia illa inseruntur quae demum cap. 25, 3 leguntur  
a uerbis *liberalitatis tuae fieret* usque ad uerba capitinis 32,  
2 *omnes gentes invicem capiant.* quare Guelferbytanum con-  
sicere licebit ex hoc Vaticano esse descriptum. reliqui autem  
qui sint duo Pataroli Vaticani — fortasse num. 1775 et 1776  
— decernere non potui.

Ex Vaticano aliquo codice etiam veterem Puteani  
pendere verisimile fiet, si huius lectiones frequenter enotatas  
comparaueris cum Vaticano, quem idem Puteanus parce aduo-  
cauit. adfert enim Vaticani lectiones ad paneggrios II  
semel IV bis VI octies IX duodecies X bis XI undecies XII  
semel et vicies, quarum lectionum triginta tres veteri et Va-  
tiano communes erant partim falsae partim verae. duae  
autem praecipue quae ratio inter hos codices intercedat de-  
clarant. nam pan IX 9, 1 haec *animos tuorum omnium* ab-  
esse a vetere Puteani feruntur in Vaticano autem spatium  
esse vacuom, et pan XII 28, 4 vetus Puteani exhibere *vi-*  
*deatur? is Vallio* dicitur, Vaticanus autem *videtur*

*is Vallio.* quibus argumentis ueterem Puteani qui  
scripsit eum lacunas in Vaticano significatas neglexisse in-  
tellegitur. quae autem lectiones diuersae a ueteri Puteani  
ex Vaticano enotatae sunt ueram plerumque scripturam prae-  
bent qui autem hic sit illorum Vaticanorum codicum non  
dijudico. Jaegerus cum Puteanea ex Vaticano 3461 petita  
censnit parum curauit quanto Puteanus studio Vaticanum a  
ueteri suo distinxerit sed archetypum illum Puteanei fuisse

non incredibile est. utique donec de Vaticano constabit ueterem Puteani inter optimos libros numero, quia uitiis grauioribus quam reliqui libri non uidetur laborasse, nonnunquam autem ex illo uerum prodiit uelut pan. II, 1 extr. *et sit licet ubi sit* alii codices aut in *sic mutant* aut prorsus omittunt II 6, 4 *aris pro auris* aut *aras*.

Lectiones has Puteanus contulerat facturus editionem, cuius cauissa etiam adnotaciones acceperat missas a Petro Fabro Francisco Jureto Theodoro Pulmanno Antonio Schonhovio, ex quibus Fabrum et Pulmannum manuscriptis usos esse adnotaciones argunt. sed nimis raro illi commemorantur. Pulmanni enim codicem ter et uicies (pan. III 2, 2. IV 14, 1. 17, 3. V 6, 1. 9, 3 VI 4, 4. VII 2, 2. 4, 2. 6, 1. 6, 2. 9, 3. 11, 3. VIII 6, 4. 11. 4 14, 4. IX 7, 5. 19, 2. 23, 3. X. 6, 3. 8, 4. 21, 2. XI 10, 1. 30, 3.) Puteanus commemorat Fäbri duodecies (III 1. III 2, 2. 10, 2. IV 17, 3. VI 4, 4 VII 4, 2. VIII 14, 4. IX 12. 3. 19, 2. X 25, 1. 38, 4. XI 30, 3.) et ita quidem, ut modo horum auxilio prava emendare conetur uelut pan. V 6, 1 *Gesoriacensibus* pro *Ge-sorigiam censibus*, modo idque plerumque consentire eos cum uetere suo indicet, modo leuia menda prodat ut VI 4, 4 *te-nore pro terrore* VII 9, 3 *quod uita pro quod propter uitam* VIII 6, 4 *inuida pro inuidia*. parique ratione alias duos codices tractat Pithecanum et Bongarsianum, quorum illum semel et uicies (III 1, 1. 10, 2. 12, 4. V 1, 4. VI 2, 5. 3, 1. VII 4, 2. VIII 6, 4. 10, 4. 11, 4. IX 3, 6. 12, 3. 13, 3. 18, 3. 19, 2. X 25, 1. 36, 1. 38, 4. XI 30, 3. XII 10, 3.) hunc sexies (IV 14, 1. V 9, 3. VI 5, 3. IX 5, 3. 12, 3. 21, 2) adferit.

7. Liuinei codices. Transeamus ad Liuinei subsidia primum uestus exemplar, quod Liuineius ipse possedit 19) in membrana exaratum, deinde Bertiniensis lectiones Francisci Modi fide collatas uestus Liuinei non multum prodest, quamquam et emendatoria nonnulla habuit ut pan. II 2, 1 *habeamus pro habemus*, neque praeter eas quae in omnibus libris erant lacunae ex eo maiores referuntur excepta una pan. IX 2, 3 *tanta scelerum contagione*. singula in hoc saepe deprauata erant ut pan. II 7, 6 *invictus pro invicte* II 8, 4 *intentus pro intentatae* IV 5, 3 *notum pro votum* scripta et III 8, 1 *aut morari* IV 10, 2 *quam omissa*.

In Bertiniensi deprehendi omissa pan. IV 3, 2 et favore V 21, 1 *nutu* VI 13, 1 *sermonis* VIII 10, 3 *amici* et

19) cfr. edit. Grat. pag. 428.

*callidioris*, corrupta ll 8, 4 *intentatae* in *intemplae* et ll 10, 3 *recepit* in *suscepit*. tamen hunc codicem e melioribus esse et inde adparet quod frequentem *q̄m̄q̄m̄io* einendandi copiam fecit et inde qnod etiam corruptiae eius proprius absunt a uero ut pan. ll 5, 2 ex solius Bertiniensis lectione *pestiferat* restitutum est *pestifera erat*, et in paragrapho subsequenti (ll 5, 3) ex uestigiis eiusdem supra eruimus *occasum*.

8. *Codex Cuspinianus*. Restat unus codex Cuspiniani qui uocatur, qui maxumas misi praebuit difficultates, nam quamquam Cuspinianus in praefatione editionis suae, quam secundam a Puteolano principe editore curauit 'Viennnae Panoniae' anno CICXIII patrem suum chartas integras in uetustissumis suis exemplaribus repperisse et restituisse dixit, tamen de his certi nihil tradere possum, cum editores quidem quorum mihi auctoritate utendum erat codicem ab exemplari Cuspinianii nusquam separauerint<sup>20</sup>). quin etiam Bau-nius exemplar ipsum Viennensem uocat codicem<sup>21</sup>) at ut illi non distinxere codicem et exemplar Cuspiniani, ita mihi probabile est, quod iam Henrieus Keil<sup>22</sup>) pronuntiauit, scripta Cuspinianum non habuisse meliora nostris, itaque si quas expleuit lacunas uelut pan. III 7, 6 *sed electa. notum est saepe eisdem parentibus natos esse dissimiles. certissimae fraternitatis est* non chartis fretum sed coniecturis rem egisse.

Et quoniam de codicibus quae singillatim dicenda erant enarrauimus et quae ratio inter aliquot eorum intercederet, iam quaeramus, quid uniuerso de omnibus statuendum sit atque manifestum est omnes ex eodem esse oriundos archetype, qui plurima menda omnibus communia habuerit. et lacunae quidem aliquae iam ab editoribus animaduersae ingenique periculo explete sunt, aliae si quis adcuratius inspicere uoluerit, inueniri possunt satis multae quas editores plerumque leuiter uerba corrigentes oblitterarunt praeterea in aliis uitiis multis omnes codices inter se consentiunt uelut pan. II 6, 2 *unoque sol curriculo suo coque brevissimo et officia te consulis inchoantem videret et ora imperatoris impletum* quae editores in *opera imperatoris* commutant. *orsa enim quod coniecit Arntzen probabile esse nego, et corruptum esse ora ex uoce huius modi opera uel munera falsoque abici ex consecutione uerborum elucet, nam alioqui scribendum fuit te officia et consulis inchoantem videret et imperatoris im-*

20) cfr. Schwarzi obseru ad Mam. pan p. 7.

21) cfr. Arntz in notis quas addidit editionis sua etomo I ad pag. 21.

22) in praef. ad Plin. ep. et pan. Lips. CIMDCCLIII p. XIV.

*plentem.* deinde pan. II 10,3 uerba in libris ita tradita sunt, ut etsi paucis litteris nonnulli discrepant, tamen una eademque omnes corruptela teneantur. habet enim uet. Liu. *cum perte regnum receperit gennoboud esaret uero munus acceperit* Bert. *suscepere gennobonde sathi* Voss. exc. *genobaudes ateh* Durlac. *gennobon desathe uero minus.* ex quibus priores haec effecere *cum per te regnum receperit Gennobon Esatech uero munus acceperit.* quid enim ille aliud expetivit ad conspectum tuum cum omni sua gente veniendo nisi ut sed ista *Esatech uero munus acceperit* intellegi non posse iam Schwarzius sensisse uidetur, cum per *munus* significari ait *munus pacis* quod uocabulum fortasse interceptum sit ante *acepisse*. at uitiosum mihi hoc uidetur quod duo sunt posita nomina duaeque sententiae, alium regem regnum recepisse, alium uero munus accepisse, quarum haec nihil ualet nisi 'er hat ein geschenk angenommen' mirum etiam est has sententias coniunctione non copulatiua sed aduersatiua colligari; praeterea *ille post enim adeo sine omni gravitate inferri*, ut discerni uix possit ad utrum nomen referendum sit. denique cum his unus Diocletiani cliens obpositus sit et pan. III 5, 4 ubi idem hoc commemoratur, de uno Francorum rege dicatur, non credo plus unum nonien scriptum fuisse atque ex codicu litteris haec eruo *cum per te regnum receperit Gennobaudes et a te 23) comminus acceperit*, ita ut Genuobaudes regnum antea amissum non recepisse solum sed etiam ex manibus Maximiani accepisse dicatur. qua emendatione et *uero* remouetur et *ille* uoci sua uis redditur.<sup>24)</sup> *comminus* autem a uolgari panegyricorum usu non esse alienum ex pan. III 10, 5. III 12, 1 aliisque locis adparet.

Non autem ex ipso illo archetypo plurimi libri transcripti sunt sed alius ex alio opistographo, sicut de Vossi excerptis de Guelferbytano de Puteani uetere supra explicauimus. optumi uero ex omnibus, notis ignotis, — sunt autem hi uetus Bertiniensis Vaticanus Puteani uetus Puteani uetus Liuinei codex Schefferi Schwarzianus Guelferbytanus excoepita Vossi Chässenaei codex Vaticanus tres Pataroli Marcianus Ambrosianus? codices Pulmanni Bongarsi Pithoci Fabri uetus Cuspiniani Harleianus Vindobonensis — illi uidentur quos primos numerant Bertiniensis Puteanique Vaticanus. alter

23) *et a te* scribo persuadente mihi Buechelero, cum antea coniecissem *Gennobaudes atque comminus.*

24) cfr. paullo post 5 ostendit *ille te identidem.*

hodie nusquam comparet. de Vaticanis codicibus Eyssenhardt<sup>25)</sup> scripsit amicum aliquem olim sibi adfirmasse nihil Romae saeculo quinto decimo antiquius reperiri idemque Henricum Brunnum sibi adfirmasse Henricus Keil<sup>26)</sup> tradidit. neque ullum eorum quae tractauimus apographorum ante XV saeculum scriptum fuisse consentaneum est

---

### II.

#### De panegyricis II et III qui Mamertino adtribui solent.

1. De auctoribus. Absoluta priore quaestione iam transeuntes ad panegyricos ipsos examinandoz eligamus eos qui in editione Valpiana Plinianum secuti Claudio Mamertino uolgo tribuuntur. certum hoc Claudi Mamertini nomen una tantum oratio exhibit, quae undecima est in editionibus recentioribus, in libris autem manuscriptis tertia a Pliniana. earum uero orationum in quibus nos uersabimur codices aut neminem produnt auctorem aut *incertum* aut *Genthliacum* quendam, quod nomen ex uoce *genethliaci* orationi adiecta tertiae, quippe quae ad diem celebrandum Maximiani et Diocletiani natalem habita sit, ortum esse iam superiores editores intellexerunt. ex uno tantum codice a Gudio adnotatum esse tradit Schwarzius panegyricum tertium scriptum esse a Mamertino. sed neque qui ille sit codex adparet aut unde descriptus neque unius istius libri indicium quidquam ualebit. fortasse Mamertini nomen a recentiore manu in librum illum inlatum est, fortasse quae erat olim doctorum hominum negligentia scriptos libros non distinguentium ab impressis, ne ex codice quidem sed ex prisca editione adsumptum est. cum igitur ex ceteris codicibus, uelut e Puteaneis quorum partem maioris preti esse supra demonstrauimus, nullus alterutram orationem Mamertino vindicet, testimonio auctori-

<sup>25)</sup> cfr. Lect. paneg. p. 8.

<sup>26)</sup> in praef. ad Plin. ep. et pan. p. XIII.

tatem eius adparet confirmari nullo. atque etiamsi concedamus Mamertinum orationes II et III scripsisse, tamen eundem hunc non esse cum eo qui orationem undecimam scripsit uel interuallo quod intercedit septuaginta fere annorum enincitur.

Granius uero nec tam facile ad diiudicandum est, utrum ab uno auctore originem ducant duo hi de quibus agitur panegyrici id quod priores adfirmant editores prope omnes an non. et argumenta quidem illorum adcuratius si examinaueris statim confluunt. etenim quod recentiores ad uetustiores prouocant editores, id prorsus neglegendum est: deinde quod panegyrici tertii auctor dicit cap 1, 2 *uoueratu, inquam, potissimum ut me dignatione qua pridem audieras rursum audires* et cap. 5, 1 *sed de rebus bellicis uictorisque uestris, sacratissimo imperator, et multi summa eloquentia praeedita* srepe dicerunt et ego pridem, cum mihi auditionis tuae divina dignatio eam copiam tribuit quantum potu<sup>r</sup> praedicavit, ex eo minus recte illi conligunt oratorem respicere panegyricium alterum. nam quod expressis uerbis et alias multis uictorias Maximiani et se pridem coram imperatore praedicasse ait, his tantum abest ut ipsam illam orationem priorem suam esse designauerit, ut eodem iure auctorem eius unum aliquem ex multis illis quos commemorat finisse liceat contendere. itaque huius modi rationibus eum nec comprobetur quidquam nec infirmetur, nihil restat nisi ut potissimum quod adferunt argumentum amborum in scribendi genere congruentiam diligentius expendamus.

Atque hac in re ambo panegyrici saepe inter se ita mihi uidentur discrepare, ut non ab uno eodemque oratore eos esse habitos credam. sed cum postea de scribendi eorum genere plura exponere mihi proposuerim, hoc loco satis erit summam discrepantiae paucis significasse. in primis enim in adhibendis figuris oratoris suam uterque sequitur rationem et ita quidem, ut alterius oratio ornatiior atque comptior alterius impolitior et simplicior procedat. praeterea autem usu et uocabulorum et rerum grammaticarum multifariam inter se distant. quod uero etiam in ceremoniis quibus coram imperatoribus illis uti opus erat, aliquod eorum disserimen obseruatur, id ad hanc nostram de auctoribus quaestionem soluendam parum facit nempe tertiae auctor orationis uoce maiestatis coniuncta cum pronomine possessivo personae alterius pariter fere utitur ac Francogalli his *otre majesté uocabulis*, eundem alter orator usum spreuuit. accedit quod in panegyrico altero Maximianus non certo honoris titulo sed

modo *Caesar*: modo *Imperator* vocatur, contra in panegyrico tertio una inuenitur haec adpellatio. *Imperator* sed ille utrum spreuerit has formularum ceremonias sensu quodam pulcri et apti ductus an omnino non nouerit dubites, ego quidem hoc alterum statuere malo. ab eis enim qui de hac aetate scripserunt (Eutrop. IX 16, 2. Aur. Vict. Caess. XXXIX 4. Zon. Ann. XII 31 extr.) memoriae proditum est Diocletianum ceremonias quasdam instituisse atque imperasse sine quibus aditus ciui nulli pateret. quas omnes summa cum magniloquentia panegyrici tertii auctor cap. 9 describit. haec cum in panegyrico priore nondum commemorentur, contra idem atque priorum imperatorum ornatus significetur (cap. 3, 2 *trabeas triumphales et fasces consulares et sellae curules*) eo tempore quod inter hos panegyricos intercedit, id est intra annos CCLXXXIX et CCLXXXXI, introductas illas ceremonias esse ut opiner paene adducor. quod si uere conieciimus, hac in adpellando imperatore diuersitate ad refutandam volgarem de auctoribus opinionem nos uti non posse patet.

2. De imitationibus aliorum scriptorum. Quoniam panegyrica orationis natura ita fert, ut orator eius quem praedicaturus est facta maioribus effterat laudibus, non est mirum hos quoque oratores tumidis atque inflatis saepes uerbis uel minimas imperatorum istorum res bene gestas exornare, male uero gestas prorsus praetermittere, praesertim cum ea aetate uixerint, qua ciues terrore ac metu ab omni uituperations prohiberentur. uidemus igitur ut laudem augementant imperatorum facta cum factis non modo priorum fortium uirorum sed etiam heroum et deorum comparantes et ita quidem, ut his illos multo praestare ostendant. ita Diocletianum et Maximianum Hannibalis itinera superasse demonstrat panegyrici tertii auctor cap. 9, gloriam Scipionis talium uirorum laude obscurari et euancescere legimus in pan. II 8, 5, Herculis victoriam de Geryone reportatam sacra ueneratione multo minus dignam esse quam Maximiani uictoriam de Bagaudis in pan. II 2.

Sed dignior quae clarius explanetur est quaestio de affectata horum oratorum facundia compluribus enim locis etiam non horum at relictorum panegyricorum auctores plane testantur latinam linguam se non quasi cum nutricis lacte imbibisse sed praceptorum opera ac disciplina schola attica adeo didicisse ut declamationes tales possent conscribere. uelut in pan. IX 1, 2 haec leguntur: neque enim ignore quanto inferior sint ingenia nostra Romanis. siquidem latine et diserte loqui illis ingeneratum est nobis elaboratum: et

*si quid forte commode dicimus, ex illo fonte et capite frondosae imitatio nostra deriunt. et in pan. XII 1, 3 huic accedit auditor senatus, cui cum difficile sit pro amore quo in te praeditus est de te satis fieri, tum difficilior pro ingenita atque heredilaria orandi facultate non esse fastidio rudem hunc et incultum transalpini sermonis horrorem, praesertim cum absurdue sinistramque iactantiae possit videri his ostendare frondosam, quam de eorum fonte manantem in nostros usque usus deriatio sera traduerit quoniam autem alio ex fonte haurire eos aequius erat quam ex veterum libris scriptorum et eis quidem maxime quibus tum in scholis pueri exercebantur? itaque hos quatenus in duobus his panegyricis exhibitos esse cognoui enumerabo ita ut, quas ipse mihi inuenisse videor veterum imitationes adscribam, reliquas a superioribus editoribus adnotatas breuiter commemorem.*

Vergilium praeter ceteros permulti utraque in oratione loci imitantur, tum qui scripsit panegyricum tertium: in cap. 14, 2 etiam nominauit sic *quod de Joue austro recitat poëta romanus: plena Jouis omnia esse* (cfr. Vergilium eel. III 61 *Jouis omnia plena*). ita ex Aeneidis libro VI 803 *pacavit nemora* deriuata sunt uerba pan. III 3, 6 *nemora pacant*, ex Aen. VI 833 *neu patriae validas in viscera uertito vires haec* pan. III 17, 1 *furti in viscera sua gens ex georg. III 881 talis hyperborio septem subiecta triant gens haec* pan. II 12, 5 *iam non septentrionis nos putantur subiacere*, ex eel. VIII 59 *aerti specula de montis haec* pan. III 12, 1 *e speculis suorum montium*. ad quae ei accedunt loci quos interpres adnotauerint ad pan. II 1, 3 (aen. VIII 270 sqq.) II 3, 2 (aen. XII 162) II 7, 5 (X 115) II 12, 4 (XI 326) III 2, 3 (I 234) III 8, 5 (VI 780) III 17, 1 (georg. III 382).

Post Vergilium maxime Ciceronis libros imitati sunt atque in primis orationem de imperio Cn. Pompei habitam, quippe quae toti huic generi simillima sit. consensum pan. II 5, 4 *cuncti tanta interuincione caesi intersectique sunt: ut existentes eos relictis domi contubibus ac matribus non profugus aliquis e proelio sed uictoriae tuae gloria mutaret* et Ciceronis de imp. Cn. Pomp. § 25 *calamitatem quae tanta fuit, ut eam ad aures imperatoris non ex proelio nuptius sed ex sermone rumor adserret*, pan. II 14, 1 et Cic. ibidem § 40, pan. III 19, 5 et Cic. ibidem § 55 editores iam obseruarunt. praeterea etiam pan. III 10, 4 *quinam dei illis montium uertiebus orientur an his gradibus in terras caelo descenderent fluxit ex eiusdem orationis ciceronianae § 41 Cn. Pompeium sicut aliquem... de caelo delapsum intuentur*. ex aliis Ciceronis scriptis expressos uidi locos hosce: pan. II 3, 3 *fastigio ex qua ueluti terras*

*omnes et mortis despicias uicissimque oculis ac mente collustres  
quae colorem duxerunt e uerbis Cic. rep. III § 14 si quis illo  
Paeuiano: atlum anguum curru multas et uarias gentes et ur-  
bes despiceret et oculis collustrare possit, pan. II 6, 4 odoribus  
acessus. — Cie. Tusc. III § 43 incendes odores, pan. III 10,  
4 tota Italia clarior lux diffusa — Cie. d. nat. deorum II § 95  
lucis diffusa toto caelo, pan. III 19, 2 quae uidetur omnium  
domina esse sapientia — Cie. d. legg. I § 58 ita sit ut mater  
omnium: bonarum rerum sit sapientia. ab editoribus adnotata  
legitur similitudo locorum pan. II 6, 2 et Cic. p. Marc. § 1,  
pan. II 7, 5 et Cic. p. domo § 23, pan. II 10, 1 et Cic. or.  
in Cat. III § 26, pan. III 2, 4 et Cic. prou. cons. § 34. restat  
unus in pan. III 16, 3 loeus qui hunc scriptorem ostendere  
uideatur. etiam Ennius legisse, ut quem nominatum proferat  
uerbis his quod ait ille romant carminis primus auctor: *a sole  
ex oriente ad usque Maeotis paludes.* sed quoniam Ennius illa  
aestate traditus obliuioni a nullo fere homine legebatur, ora-  
torem hunc locum uerisimilimum est ex Ciceronis tusculanis  
disputationibus repetisse, quarum libro V § 49 uerba sic legun-  
*tur a sole ex oriente super Maeotis paludes,* unde etiam co-  
gnoscimus oratores hos etiam si scriptorem ipsuna describere  
uideantur tamen uerba eius suae caussa sententiae solitos  
esse commutare. nam ut quem ipse laudat multo praestare  
ostenderet Scipioni Africano, quem Ennius (epigr. vs. 7  
Vahlen.) ab oriente sole supra Maeotis paludes omnes viros  
factis superasse dixerat, unum istum uersum adhibens *supra  
uocem* mutauit in *ad usque*, suumque imperatorem non ad us-  
que Maeotis paludes sed multo supra eas regiones magnas  
res gessisse iactauit, itaque uersui prorsus aliam subiecit  
notionem: atque quam indiderat Ennius. indocti igitur fuere  
auditores, quos uersuom illorum Ciceronisque ignaros haec  
frans effugere posset, uanus orator qui nihil aliud spectauit  
nisi ut suam ostentaret doctrinam.*

Plini quoque minoris nonnulla in his panegyricis in-  
ueniri expressa nemo mirabitur, quippe qui panegyrici huius  
generis tanquam dux sit et antesignanus. ita Plini uerba  
pan. 28, 6 *aetatem quam mereris* conspirant cum pan. II 2, 7  
*quantam tu mereris aetatem*, item a prioribus adnotata ad pan.  
II. 3, 1 (Plin. pan. 6, 3), ad pan. II 6, 4 (Plin. pan. 56 4),  
ad III 5, 4 (Plin. ep. II 7, 2).

Praeter hos usi sunt inter poetas Ouidio inter prosae  
orationis scriptores Sallustio et Liuio. ex Ouidio duo in  
tercio panegyrico loci deprompti uidentur, de quibus iam  
Jaegerus et Arntzenius dixere, pan. III 3, 5 conspirans cum

Ou. Met. II. 72 et pan. III 15, 4 cum Ou. heroid I 54. Sallusti praeter adnotatam ab Arntzenio ad pan. II 12, 4 (Sall. b. Cat. 16, 3) forsitan uideatur etiam haec imitatio esse et eiusdem quidem libri de b. Cat. 10, 1 *Carthago aemula imperi romani ab stirpe interiit in pan. II 8, 1 sic illa quondam romanae potentiae diu aemula et inimica Carthago . . . denicata est.* Liuianum qui commemorandus est locus iam adtulit Arntzenius ad pan. III 10, 3 (Liu. XXVI 9).

Ne Graecos quidem poetas oratoribus his omnino ignotos fuisse ex pan. II 11, 3 adparet, ubi scriptori cum dixit quare si non frusta graeci poetae hominibus iustitiam colentibus reppromittunt binos gregum fetus et duplices arborum fructus, Liuineius animaduertit Hesiodi succueurrisse sententias quas miscuerit et immutauerit ex operum uersibus 230 sqq. οὐδέ ποτ᾽ ιθυδίχησι μετ' ἀνδράσι λιμός ὀπῆδει, οὐδὲ ἄτη, θαλήγις δέ μεμηλόγια ἔργα νέμονται. τοῖσι φέρει μὲν γαῖα πολὺν βίον, οὐδεσὶ δέ δεῦς ἄκρη μὲν τε φέρει βαλάνους, μέσσην δὲ μελίσσας. εἰρωπόχοι δ' οἱες μαλλοῖς καταβεβεῖσαν. et 170 sqq. καὶ τοὶ μὲν ναιονσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔλοντες ἐν μακάρων νῆσοισι παρ'. Ωκεανὸν βαθυδίνην, δλβιοι ήρωες, τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν τρίσι ἔτεος θάλλοντα φέρει ζειδωρος ἄρονρα. itemque haec pan. III 6, 5 obtrectant sibi inuicem artifices operum sordidorum, est inter aliquos etiam canorae uocis inuidia, nihil denique tam uile tamque uulgare est, cuius particeps malignis aemulationis stimulis vacent Liuineius rettulit ad notissimum illud Hesiodi op. 25 sq. καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων, καὶ πτωχὸς πτωχῷ φύσοντει καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Iam uero cum oratores hos in primis Vergili Ciceronis Plini lectione imbutos ualde laborare uideamus, ut ex omnibus quos uersauerint scriptoribus flosculos excerpant atque delibent, non inuidebimus eis qui postea similes scripserunt panegyricos, si etiam hos priores ad sua exornanda uerba compilauerunt, cuius rei pauca transseribam exempla, reliqua commemorabo. II 5, 3 *toto quippe proelio ferebatur non aliter quam magnus amnis solet hibernis imbribus auctus et niuibus passim fluere qua campus est* et IX 9, 5 *toto quippe impetu ferebatur torrenti similis amni, quem abruptae radicibus silvae et convulsa funditus saxa sequerentur,* II 10, 6 *rex ille Persarum nunquam se ante dignatus hominem confiteri fratri tuo supplicat et XII 22, 5 ipse ille rex eius dignatus se ante confiteri hominem iam fatetur timorem.* hos locos iam superiores editores contulerunt. adde consensum uerborum pan. III 16, 1 *ut undique se barbarae nationes vicissim lacerent et ex-*

*cident* cum pan. V 1, 4 *tot excisae undique barbaræ nationes*, pan II 2, 1 *a conscientia occidui solis oceano* cum VII 9, 4 *ab Indis prope conscientiam solis orientis* II 3, 3 cum V 4, 3; II 4, 2 cum IV 18, 1, II 7, 5 cum XI 28, 5, II 7, 7 cum VII 11, 1, III 3, 2 cum XII 10, 1, III 5, 3 cum VI 8, 3, III 8, 3 cum V 6, 1, III 10, 5 cum XI 29, 2, III 12, 1 cum XI 10, 1, III 14, 2 cum IX 26, 1, III 16, 4 cum V 4, 3. *praecipue panegyrici* VI caput 8 quo res a Maximiano gestae paucis uerbis praedicantur, totum fere ex panegyrici II locis est compositum.

Ceterum etiam inter ipsos duos de quibus agitur panegyricos nonnulla conuenient uelut II 2, 3 *an divinam generis sui originem recensebo; quam tu non modo factis immortalibus sed etiam nominis successione testaris?* et III 2, 4 *siquidem vos diis esse genitos et nominibus quidem vestris et multo magis virtutibus approbatis* et alia, ita tamen illa comparata ut non tam ipsa uerba congruant quam uerborum sensus, nimirum de eisdem ab utroque uiris rebusque agitur, et ut ex altero alterum pendere non habeam pro explorato.

Denique multa inuenimus tam absurdum tumore insignia ut dubium sit, utrum e carminibus male adsumpta an ab ipsis oratoribus excoigitata sint infelicitate imitantibus elocutionem poeticam tria adferam exempla haec pan. II 2, 1 *praedam a flumine Ibero et conscientia occidui solis oceano ad pabulum Tyrrhenum compulerit* II 12, 6 *fluminis hic noster diu peneiarum pabulo carens* III 3, 5 *tumultuantia elementorum officia pacauit.*

3 De figuris quibusdam oratoriis. In figuris oratoriis adhibendis nonnihil discrepare hos duos panegyricos cum iam supra memoratum sit tum singulis exemplis conlatis etiam clarius adparebit cum enim scriptores latini in considerandis enuntiatis minoribus uerborum ordinibus eam rationem sequantur, ut quae inter se respondent uerba aut pari semper ordine aut ordine inuerso conflocent, priore illa figura alterius auctorem panegyrici ter et uicies usum esse uidemus altera bis et uicies, tertii autem panegyrici auctor priorem figuram quinquagies alteram undeuicies tantum adhibet, ita ut in panegyrico I ratio inter chiasticam quae hodie uocatur figuram et ordinem uolgarem sit 1: 1, at in panegyrico tertio 2: 5. simul ex eo quod tot sententiae altero utro modo compositae inueniuntur, suspicari licet oratores illos studuisse ut quam plurimis uerbis etiam non necessariis ac saepe ineptis orationem amplificarent talis amplificationis exempla exstant permulta uelut II 2, 4 *in illo limite illa fortissimarum sede legionum inter discursus strenuae iuuentutis et armorum*

*sónitus tuis eagitibus obstrepentes, II 2, 7 sed qui velit omnia ista complecti saecula sibi optare debet et innumerabiles annos et quantum tu mereris aetatem, III 3, 6 perpetuus est virtutis adsertor omnibusque fortium virorum laboribus faret, in omni certamine conatus adiuvat iustiores.* cum altera ordinandorum uerborum ratione coniunctum est concinnitatis cuiusdam studium, qua efficiatur ut quae in altero enuntiato uel in altera enuntiati parte uerba respondeant uerbis alterius enuntiati, adcurate eundem ordinem modumque seruent, quae figura in rhetoricis ad Herennian IV § 27 uocatur ‘compar’ ueluti II 4, 3 *cum arator peditem, cum pastor equitem . . . imitatus est, II 6, 3 in clarissimo pacis habitu et in pulcherrimo virtutis ornatu, II 12, 6 tibi uberes fontes terra submisit, tibi largos imbres Juppiter fudit, tibi totis fluminum alueis oceanus redundauit, III 10, 5 concursare inter se agricolae nuntiare totis visa, aiae incendi tura poni vina libari victimae caedi, cuncta gaudio valere cuncta plausibus tripudiare.* similem concinnitatem etiam in altera figura chiastica inueniri ex exemplo adparet hoc III 8, 1 *quod vos nulla regionum longinquitas nulla iniquitas locorum nulla tempestatis asperitas retinere . . . potuit, qua in sententia dedita opera etiam tot uerba in tas exeuntia elegisse orator uidetur.*

Idem discrimen quod in eis figuris quas modo traximus, inter duos illos panegyricos etiam in figuris ‘coniunctionis’ et ‘adiunctionis’<sup>27)</sup>) intercedit, cum in secundo illa sexies et uicies haec septies et uicies legatur, in tertio illa duodecies haec quadragies, ita ut his in figuris ratio etiam diuersior quam in prioribus exsistat, in pan. II 1: 1 in pan. III 2: 7. redit igitur res eo ut panegyrici tertii auctorem figuris simplicibus multo saepius usum esse dicamus quam artificiosis, alterius autem auctorem utrisque aquabiliter. sed de reliquarum figurarum usu non eodem modo statuere licet, quippe quae cum minus usitatae sint propter breuitatem orationum rarius inueniantur. siq; ubi duo uerba coniuncta pendent ex aliis coniunctis, semper fere illa his interponuntur (in pan II ter decies in pan III undecies), uelut II 1, 1 *solemni sacrae urbis religione 3, 3 in tam arduo humana- rum rerum stare fastigia, artificiosioris autem implicationis tripla. tautum in utraque oratione exempla obseruaui II 2, 4 illa fortissimarum sede legionum, II 3, 2 uestrorum sunt or- namenta meritorum clarissima, II 9, 2 mutua præebuistiis omnium exempla virtutum, III 3, 7 multa faciant ipsius simi-*

27) Cornificius IX § 381.

*lia Victoris*, III 4, 1 *a continuo rerum cursu gerendarum*, III 7, 2 *domitis oppressa Francis bella piratica*. item non admodum frequenter inueniuntur repetitio (cfr. Cornificius IV § 19: in pan. II undecies 2, 5, 3, 3, 5, 3 (bis). 9, 3, 10, 1, 11, 7, 12, 4, 12, 6, 13, 2, 13, 4: in pan. III ter decies 7, 1, 7, 5 (bis). 7, 7 (bis). 8, 1, 10, 5, 12, 1, 13, 4, 14, 2, 15, 3, 18, 4, 19, 5.), conduplicatio (cfr. Cornif. IV § 38: in pan. II. bis 11, 5 et 13, 1: in pan. III semel 1, 2), occupatio (Cornif. IV § 37: in pan. II bis 4, 4 et 6, 1: in pan. III semel 5, 3—4), interrogatio (Cornif. IV § 22: in pan. II decies 2, 2 sqq. 4, 3, 3, 1, 6, 1, 7, 1 sqq. 7, 4, 8, 1, 10, 4, 12, 1 sqq. 14, 5: in pan. III ter decies 1, 1, 1, 2, 6, 1 (bis). 6, 3, 7, 5, 8, 3, 9, 1, 10, 1, 11, 1, 13, 3, 15, 1, 18, 2), exclamatio (Cornif. IV § 22: in pan. II bis 13, 1 et 13, 4: in pan. III raro in panegyrico tertio adhibita *at certe, et profecto* similia. quater 7, 6, 9, 4, 12, 4, 17, 3, ad quae accedunt uerba haud.

4. Grammatica quaedam. Iam uero res grammaticas ut attingam primum de usu uocabulorum pauca dicam. multa quidem singularium uocabulorum exempla, in quibus panegyricorum auctores uolgarem scriptorum latinorum consuetudinem excedant, non deprehenduntur, sed aliquoties rariora uerba a poetis illis quibus operam nauasse hos oratores supra exposuimus deriuata.

Substantia quorum usus a prosa oratione alienus esset, in panegyrico II nulla inueni nisi *culta pro agris* (II 4, 3), quo uerbo Lucretium Vergilium Plinium usos esse lexicographi<sup>28)</sup> tradunt, et *perduellis*, quo Cicero maiores phisuos semper pro *hoste* usos esse docuit, cum *hostis* apud illos is dictus esset qui ipsius aetate *peregrinus* appellaretur. eandem *perduellis* uocem etiam in panegyrico tertio inuenimus, in quo insunt insolentiores haec: *inclemencia* (9, 2), quam non nisc apud poetas praeterea et primum quidem apud Vergilium legi adnotant, et *vesania* uocabulum apud Romanos rarissimum. sed panegyricorum usus quo clarius cognoscatur, non alienum esse ratus sum etiam usitatorum uerborum genera quaedam quomodo ab illis ad hibeantur exemplis ostendere. ac primum quidem adscribo ea quae a supinis uerborum deriuata in oratione exeunt. pan. II *arator auctor conditor conservator imperator pacator pastor praeceptor rector restitutor stator uastator uiator victor*, quorum duo tantum *pacator* (Silianum)

---

28) in tota hac quaestione de uocabulis ea quae ex aliis scriptoribus protuli lexicorum latinorum auctoritate innixus commemorauit.

et *nastator* (Vergilianum) apud Ciceronem non leguntur. in pan. III hoc genus uerborum minus frequens est *adsertor auctor conditor imperator praedicator uictor*, quae omnia optima litterarum latinarum aetate in usu erant. pan. II *aemulatio eruptio exercitatio exsultatio* [Taciteum] *institutio stipatio successio transgressio uastatio ueneratio*. pan. II *actio administratio adcepitio aemulatio auditio cogitatio cognitio confectio conquestio dignatio dimicatio diminutio dubitatio expectatio expeditio perturbatio possessio praedicatio progressio promissio properatio uastatio ueneratio ultio ex quibus dignatio et ultio inde a Tacito demum usu uenerunt. pan. III *aduentus amplexus comitatus conspectus discursus ductus effectus fetus flatus fructus habitus haustus lapsus nisus nutus ornatus ortus redditus sonitus successus ungitus*, pan. III. *adfectus aditus aestus anhelitus conatus conspectus cursus discursus dominatus euentus flatus fructus habitus impetus motus obtutus occasus ortus planctus plausus occasus processus sensus successus transitus*. itaque omnia fere quae enumerauimus uerba optimis linguae temporibus nota erant sed minus cerebra quam hls in panegyricis, ubi interdum consulto accumulata uidentur uelut II 6, 4 *urbem repentina tua eruptione sollicitam laetitia et exultatione implesti*, III 8, 2 *neque enim illud progressio fuit, nec iterum confectio, nec solitis administris usa properatio*, III 10, 4 *aequa admiratio atque dubitatio iniecta*. multo autem magis quasi exaggerant uerba in *tus excunzia* in exemplo illo, quod ex panegyrico III 8, 1 adtulimus *quod eos nulla regionum longinquitas nulla iniurias locorum nulla tempestatis asperitas relinere . . . potuit*. huius generis uocabula ut omnia describamus sunt haec: pan II *adfinitas aequalitas aetas antiquitas auctoritas celeritas ciuitas consanguinitas* (Vergilianum) *cupiditas diversitas* (Taciteum) *felicitas immanitas liberalitas maiestas opportunitas pietas polestas securitas serenitas tempestas uelut uoluntas utilitas*, pan III *aequanimitas aeternitas alacritas amoenitas animositas* (Asconianum atque satis infrequens) *asperitas captinitas caritas celeritas ciuitas cupiditas densitas* (Plinianum) *difficultas dignitas diuitias facilitas felicitas feritas fertilitas fraternitas germanitas immanitas immortalitas inniquitas libertas longinquitas maiestas prosperitas salubritas sanctilas societas tempestas ueritas utilitas*. alia autem substantiuorum genera in panegyricis his perpaucia inueniuntur. sic forma *tudo* in pan II septies legitur et quidem in uerbis per uolgatis *consuetudo fortitudo multitudo necessitudo pulcritudo similitudo sollicitudo*. in pan. III quinque et in eisdem fere*

quae prior panegyricus habet uocabulis *consuetudo fortitudo magnitudo sollicitudo*.

Adiectiva perpaucia inueniuntur quae non cum uolgari usu conueniant: in pan. II *auspicalis* quod apud Plinium semel legitur, *biformis* quod a poetis profectum poetico loco (cap. 4, 3) orator adhibuit, *perpes* quo pro *perpetuus* poetae antiquissimi et in primis Plautus ntebantur. in pan. III paullo plura sunt ac praeter *biformis* et *perpes* illa *effrenus* quod ad gentem adiciunt Vergilius et Ouidius, *inaccessibilis* cuius uocabuli unum praeter hoc adfertur exemplum ex Tertulliano, *indivisus* Catonis et Varronis, *praesagus* poetarum recentiorum, *ueliuolus* Lucreti et Vergili, *uniformis* Taciti uocabulum.

Aduerbia insolentiora in panegyrico II nulla, in panegyrico III duo inueni *iugiter* cuius usus non supra Appuleium ascendit et *iunetim* Gellianum.

Coniunctiones denique omnes adferre liceat. in pan. II coniunctiones syntacticae temporales *cum* ter decies *quando* bis *dum* bis *antequam* semel. causales *cum* nouies *quoniam* semel *quod* ter *quia* semel. finales *ut* sexies decies *ut ne* semel *quoniam* semel *quominus* semel. conditionales *si* nouies *nisi* sexies. concessiuiae *licet* quinquies *quamvis* bis *quamquam* semel. comparatiuae *ut* quater *sicut* semel *uelut* bis *quam* nouies. interrogatiuae *an* puinquies *utrum-an* semel. coniunctiones paratacticae copulatiuae *et* sexagies *que* tricies sexies *et*-*et* septies *ac* *uel atque* terdecies *etiam* ter *neque* bis *neque* semel *neque-nec* bis *cum tum* semel. aduersatiuae *sed* uicies bis et quidem post *quidem* ter post *non modo* bis post *non modo* coniuncta *cum etiam* semel post *non solum* cum *etiam* bis *autem* ter *vero* quinquies *uerum* semel *tamen* sexies semel post *quidem* bis *cum et semel cum at* coniuncta, *alqui* semel *quoniam* *inmo* semel. disiunctiuiae *aut* bis *sive-sen* semel. conclusiuiae *igitur* quater *quare* bis *itaque* semel 29) ideoque semel. causales *enim* duodeuicies sed ter ita *neque enim*, *nam* semel *scilicet* bis *nimirum* semel *quippe* semel. in pan. III: coniunctiones syntacticae temporales *cum* undecies *dum* decies *ut* ter *ut* *primum* semel *antequam* bis causales *cum* ter *quoniam* semel *quod* terdecies *quia* semel *siquidem* quinquies. finales *ut* semel *et* uicies *quoniam* semel. conditionales *si* sexies *sinon* semel *nisi* quinquies. concessiuiae *licet* ter *quamvis* bis *quamquam* bis *etiamsi* semel. comparatiuae *ut* quinquies *quasi* quater *uelut* bis *sicut* semel *quam* bis. inter-

29) et altero quidem loco insertum enuntiato est sic *facite itaque quiuis intelligit* II 12, 8.

rogatiuae *an* semel coniunctiones paratacticae copulatiniae et sexagies septies *et-et* quinquies *que* quinquagies quater atque uel *ac* undeuicies semel ante *quidem* posita, *etiam* ter decies *quoque* ter *neque* bis *neque-neque* semel *neque-nec* semel aduersatiuae *sed* semel et uicies et *quidem* ter sic *non modo-sed* *etiam* semel *non tantummodo-sed* *etiam* semel *non modo-sed ne-quidem*, autem bis *vero* sexies at semel *tamen* octies *quin immo* semel *nihilominus* ter. disiunctiuae *aut* ter *aut-aut* semel *uel* semel *uet-uet* semel *ue* semel. conclusiuae igitur quinquies *ergo* semel *itaque* semel 30) causales *enim* uicies et *quidem* ter post *neque* semel post *non* posita quinquies cum *et* coniuncta, *nam* bis *scilicet* semel *nempe* semel.

Desideramus igitur coniunctiones temporales *postquam* et *ubi*, finalem *ue*, interrogatiuas omnes fere temporales illae quod significant, in panegyrico II semper particula *cum* exprimitur, in pan. III pro *ubi ut* aut *ut primum* adhibetur pro *ne* particula in pan. II, 12, 4 concinnitatis caussa *ut-ne* positum est *opus erat seruitate, ut naualia texerentur, ut trabes caederentur, ut artificum animi vigerent, ut manus ne torpescerent.* II 5, 2 adhibuisse pro *ne* scriptorem *ut non* putes: *atque ut interim divina virtus tua exercitatione solita non careret, aperto Marte atque uno impetu perculisti, sed rectius ita negaueris ut non careret idem quod uteatur ualere statuas.* ex interrogatiois particulis *an* „fere sola inuenitur et ita *quidem* adhibita *ut uolgo“* fit. nam aut in altera parte interrogationis dubitatiuae ponitur cuius pars prior particula caret uelut II 2, 2 *commemorabo nimirum patriae tuae in rempublicam merita? quis enim dabitat . . . ? an divinam generis tui originem recensebo . . . ?* III 10, 4 *acqua admiratio atque dubitatio innecta, quinam dei de illis montium verticibus orirentur an his gradibus in terras caelo descenderent, aut prior pars reticetur nelut II 4, 2 probauitque se non magis a diis accepisse caelum quam eisdem reddidisse. an non illud matum simile monstrorum biforum in hisce terris fuit? semel hac forma exprimitur utrum magis fortitudine repressum sit an clementia mitigatum* pan. II. 4, 3.

Ceterum etiam hoc in genere inter eos de quibus agitur panegyricos aliquod intercedit discrimin. panegyrici III auctorem particulis *ut* et *ut primum* uti, ubi in qanegyrico II *cum* ponitur, modo commemoraui. sed mirus sane est

---

30) III 14, 2 initio enuntiati: *itaque illud quod.*

frequens in panegyrico III usus *siquidem* coniunctionis 31) quae in panegyrico II nusquam comparet. item comparativa particula *quasi* in panegyrico III quater in panegyrico II nusquam adhibetur et *nihilominus* coniuncti onis aduersatiuae ni praeditum ter in panegyrica III in panegyrica II nusquam legitur. practerea si cumulationem respicimus particularum hanc III 3, 4 *neque enim tunc tantummodo commonetur . . . sed etiam si . . . pacauit nihilominus tamen disponit* qualis in pan. II. nulla reperitur, et si caussalium coniunctionum usum in panegyrica II et in panegyrico III comparamus, quorum ille *cum* nouies *quod* ter, hic *cum* ter *quod* ter decies habet, etiam hac re comprobari opinor hos panegyricos non unius esse oratoris.

Declinationis forma rarer II 6, 4 *deum* est pro *deorum* posita in formula hac bona uenia deum dixerium.

De syntaxi digna quae memorentur mihi uidentur haec: primum genetiuis pronominum personalium *mei tui sui nostri vestri* solito licentius utuntur, ut non solum III 13, 3 *aditum vestri*. scribatur sed etiam II, 13, 4 praesentiam uestri. deinde in panegyrico II saepius legitur ablatiuos gerundi, ubi aut participium aut *cum* particulam expectaueris uelut c. 9, 2 *invicem vos . . . auxilis ille tibi ostendendo dona persica tu illi spolia germanica* 10, 3 *Alexander iam mihumilis videtur Indo regi sua regna reddendo* et alibi (10, 4 et 13, 4 et 14, 3) hoc panegyrici III auctor nusquam admisit semel tantum ablativo gerundi usus c 4, 3 *dum triumphos ipsos semper vincendo differtis tam apte quam in panegyrico II scriptum est c. 11, 2 utilitatem imperii singularis consentiendo retineliis adicio secundi auctorem panegyrici etiam in datiuo gerundi discessisse a consuetudine uulgari in cap. 2, 6 *ibo uesligiis virtutis tuae colligendis*, quamquam aliis locis similibus non spreuerit praepositionem *ad* (cfr. cc. 3, 1, 4, 2, 5, 2, 12, 3) commemorandum etiam uideatur in pan. III 7, 1 *laurea illa te, Maximiane, fecerunt pio gaudio triumphare uerbum faciendi cum infinituo coniunctum*. denique auctor pan egyptici II pronominis relativi formam accommodat ei ex quo pendet antecedentis enuntiati substantiuo in cap. 1, 3 *ut esse posset domus Caesarum quae Hercules suisset hospitium*, ubi equidem meliorem scriptorem pro-*

31) utitur ille hac particula ita ut post primum enuntiati uerbum eam conlocet, si in hoc maior quaedam grauitas inest. alioquin ipsa primum enuntiati locum tenet. qrius illud cadit in exempla III 3, 4 'vestri illi parentes . . . occupantur. ille *siquidem* Diocletiani auctor deus . . . (§ 6) itidem, Maximiane, Hercules tuus auctor' III 8, 3 'ipsos iquidem quos praemiseratis nuntios reliquisti.' III 12, 2 'lumina *siquidem* senatus sui misit', posterius in haec III 1, 2 'siquidem apud tanti praesentiam numinis hoc ipsum mihi maximum dicenti videbatur, ut dicerem.' III 2, 4 'siquidem vos diis esse genitos et nominibus quidem uestris et multo magis virtutibus approbatis.'

nomen cum sequenti *hospitium* uoce configaturum fuisse sentio. nam si quis dicit *ut esse posset domus Caesorum, quae id est ea quae Herculis fuisse hospitium, ipsam illam domum Herculi hospitio fuisse significat.*

---

## HUGO RÜHL DE UITA SUA.


Natus sum a. d. VI id. octobr. anni h. s. XLV Tanglimi  
in oppido Pomeraniae patre Guilelmo matre Josephina e  
gente Weber, quos adhuc superstites esse ucheinenter gaudeo.  
fidei addictus sum euangelicae litterarum primordiis imbutus  
in patriae gymnasium anno LIV receptus sum, cui tunc  
Sommerbrodt deinde Bormann praeerant, uiri de me optume  
meriti. autumno anni LXIV Gryphiswaldiam me contuli,  
ut philologicis studiis operam nauarem. per rectorem magni-  
ficum uirum ill. Baier ciuibus academicis adscriptus per  
sexies senos menses dissérentes audiui Buecheler George  
Hirsch Hoefer Preuner Schaefer Schmitz Schoemann Susemihl  
Usener Usinger seminario philologico, quod Schoemann et  
Buecheler moderabantur, interfui per duo semestria sodalis  
ordinarius. omnibus his uiris optume de me meritis gratias  
ago quam maxumas in primis autem Francisco Buechelero,  
qui quantum egregia benevolentia et docendo et suadendo  
studia mea auxcrit pio gratoque animo semper tenebo

---

## SENTENTIAE CONTROVERSAE.

1. Non recte sentiunt, qui Berkleium philosophum Leibniti uestigia secutum esse volunt
2. 'med ted sed' non modo ablatiui casus sed etiam accusatiui sunt formae.
3. Panegyr. lat II 5, 1 legendum est: 'quid uero? statim uixdum misero illo furore sopito cum' eqs
4. Panegyr. lat. III 9, 3 scribendum est: 'quae tunc aliis fuerunt inaccessibilia.'
5. Aeschyl. Prom uersum 836: *μέλλοντ' ἔσεσθ', εἰ τῶνδε προσαίνει οὐ τι* esse omittendum censeo.
6. In Aeschyli dtuerbiis symmetria non praebet certa quis ars critica utatur argumenta.
7. Artis gymnasticae in litterarum uniuersitatibus non modo instituendus usus est sed etiam ratio ac doctrina explicanda.











L 72.9

De XII panegyricis Latinis propaede  
Widener Library

006817988



3 2044 085 180 651

